

IUSTI LIPSI  
DISSERTATIONCVLA  
APVD PRINCIPES:  
item  
C. PLINI PANEGYRICVS  
LIBER TRAIANO DICTVS,  
Cum eiusdem LIPSI perpetuo COMMENTARIO.

*Editio secunda, aucta & emendata.*



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Ioannem Moretum.

MD. LXX. IV.

*Cum Privilegiis Cesareo & Regio.*

SER<sup>MIS</sup> POTENTISSIMISQVE

PRINCIPIBUS

ALBERTO MAXIMILIANI II.  
IMP. FILIO, FERDINANDI NEPOTI,  
RVDOLFI II. FRATRI:

ET

ISABELLAE CLARAE EVGENIAE,  
PHILIPPI II. CATHOLICI REGIS FILIAE,  
CAROLI V. IMP. ET REGIS NEPTI,  
PHILIPPI III. REGIS SORORI, INFANTI  
HISPANIARVM:

ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ,  
DVCIBVS BVRGVNDIÆ, PRINCIPIBUS  
DYNASTISQVE BELGARVM:

IUSTVS LIPSIVS

SESE ATQVE ISTA

CVM ÆTERNA FIDE, CVLTV, OBSEQVIO;  
DEDICAT CONSECRATQVE.

†

NAM

IUSTI LIPSI

DISSERTATIONCVLA

apud

SERENISSIMOS

ALBERTVM

ET

ISABELLAM

BELGARVM PRINCIPES

extemporanea:

*Postridie diei Auspicalis, qui fuit septimus  
Kal. Desembrium, anni MD. XCIX.*

S E R E N I S S I M I  
E T  
P O T E N T I S S I M I  
P R I N C I P E S,



TSI fateor haud planè rudem & tironem me esse in dicēdo; tamen hic splendor vester, qui oculis meis inopinatus apparuit, & hic insolens confessus, turbat me aliquid (non nego) sed & delectat. Sicut qui è tenebris & longo situ ad solem subito educuntur, caligat ijs acies, & oculi præstringuntur: sic mihi euenit, & duo simul maxima sidera cum video, hunc SOLEM, vt ita dicam, & hanc LVNAM, hebescit non nihil ingenij acies, & linguæ hæc promptitudo retardatur. Quid tamen est? sicut idem ille sol excitat mox & recreat, & innatâ suâ vidat vigorem: sic mihi sentio ab aspectu vestro alacritatem infundi, & ijsdem, quibus terrebar, excitari. Itaque parebo libēs meritò vobis. me voluistis subito & ex tempore pauca dicere: pauca certè erunt, & ideò excusata, quia subita & ex tempore. Non recedam autem longè (nam & sic iussistis) à more lectionis solitæ: *Annæum Senecam* (æternum Hispaniæ decus) in manus sumam, & pauca eius verba à confesso & tempore hoc non aliena,

C. PLINI SECUNDI  
PANEGYRICVS  
LIBER,

Quem  
IMP. NERVAE TRAIANO  
OPTIMO PRINCIPI  
scripsit siue dixit:

Et ad eum IUSTI LIPSI  
COMMENTARIVS P. P.

AD LECTOREM MEVM,  
C V I S A L V S.



**H**ABES hic perpetuum, sed breuem  
meum Commentarium, in Plinij  
scitam, & super Græcis Latinâsque  
laudatam, Laudationem. Perpe-  
tuum ita, ut nec minora sepe pigeat  
attingere, & discingere: quia memi-  
ni quibus, & cui generi, præcipuè hæc scripserim. nempe  
Palatinis nostris: quos votum meum sit, præclara hæc  
legere, intelligere, atque utinam, bis utinam, obsequi &  
audire. Itaque nec tenuia interdum transeo: quia ple-  
rosque illos transisse per hæc studia scio, vel festinantes,  
vel occupatos. ideoq; iuuandos à nobis, præsertim in ar-  
gutijs, aut ritibus: & utrorūque copia est in hoc scripto.  
Sed breuiter tamen hæc omnia. quod pro illorum gustu  
arbitror, fortasse & usu: nec nimis nunc probo, qui in  
singulis insistent, & uni alicui ritui explicando paginas  
donant. Modicè satis est, & quod in rem præsentem suf-  
ficiat: plura, pompam magis habeant, quàm fructum.  
Quid, quod nec Schemata, & ornatus illos florida ora-  
tionis tango? nam visum mihi pertenuia hæc & Scho-  
lastica esse, quæ didicisse oporteat magis quàm discere: aut  
alio certè doctore discere, neque Aquila, ut in prouerbio  
est, captat muscas. Ergo Politica & grauiora illa do-  
gmata explicares, dicet alius: & conueniebat Aula, cui

ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
APVD IOANNEM MORETVM.

M. DC. IIII.

